CONFV-
TATIO ALIQVOT ENORMIVM MEN-

daciorum Ioannis Caluini, secu-
turæ Apologiæ aduersus eius
furores pręmissa à Ioachimo
Vuestphalo ministro Ec-
clesiæ apud Ham-
burgenses.

*

VRSELLIS
Excudebat Nicolaus
Henricus.

Anno 1558.

ADMONITIO AD LECTOREM.

PIE Lector prudenter caue, ne sinas tibi per callidos homines trāsponi scopum controuersiæ Sacramentariæ, & peregrinas disputationes admisceri, quæ à causa ipsa abducant. Mei libelli testantur, me defendere & defendisse ueram præsentiam ueri corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, in sacrosancta eius Cœna.

Aduersarij autem quia uident, se solidis præsidijs superare non posse, causam calumnijs obruere conantur. Spargunt de nobis suas fabulas, nos mouisse certamen de adoratione, & conuersione Panis. Credo, doceo, & defendo uerum Christi corpus & sanguinem verè adesse, dispensari, & sumi in Eucha-

ristia administrata secundum
institutionem: nunquam cogita
multo minus certamen de hoc m
ui, quod panis conuertatur in Chr
sti corpus, & quod panis sit ado
dus. Quòd Caluinus & alij q
dam hæc falso nobis imputant,
hanc consequentiam de suo add
nostræ doctrinæ, qua affirma
Christi corpus & sanguinem pr
sentia distribui & sumi, cum u
pane & uino. Ea consequentia p
inde ualet, ac si quis calumnia
prophetas docuisse tabernacul
uel templum esse adorandum, e
quòd crediderint Deum p
bernaculo uel in templo præse
fuisse, ibiq; eum adorauerint. Si
lis planè est consequentia in h
tiosa argumentatione, pij cred
Christum adesse in Sacramento,
præsentem uera fide secundum p
scriptum uerbi adorant. Ergo cre
dunt

... & docent, panem esse adoran-
dum. Reuerenter apud nos dispen-
satur Eucharistia: non propterea
docemus panem conuerti in cor-
pus Christi, neq; panis adorationem
sancimus. Argumentis aduersarij
[illegible], non tam tetris calumnijs nos
aggrauent. Nonnulli occulti Sa-
cramentarij dicunt se damnare er-
rorem Cinglij, & tamen errorem
Caluini non damnant, cum quidem
ipse totus sit Cinglianus. Scribit enim
Cinglium oppugnasse corporalem
Christi præsentiam, & sibi decretũ
esse eandem oppugnare usq; ad ex-
tremum spiritum. Consensionem
scripsit cum Tigurinis, qui nũquam
damnare se doctrinam sui Cinglij
professi sunt. Docet spiritualem
manducationem, quam solam Cin-
glius quoq; propugnauit, exclusa et
oppugnata ueri Corporis Christi
manducatione.

Vtitur omnino iisdem argumentis, quibus Cinglius usus est, deprauat ac pro se detorquet easdem scripturas, quas Cinglius corrupit et ad suum dogma detorsit. Non est igitur uerisimile, quenquam ex animo uerè improbare Cinglianismum, nisi ingenuè & simpliciter eius sectatores Caluinistas & propugnatores dogmatis disseminati à Cinglio, & Carolstadio dānare & auersari se profiteatur: suamq; operā pro sua uocatione & dono conferat, ad ornandam & tuendam doctrinam de cœna Domini, quæ magno consensu, dū uiueret Lutherus, defensa et custodita est. Deus det nobis spiritum consilij & prudentiæ, ut circumspectè insidias Satanæ euitemus ac fugiamus, Amen.

Hamburgi, anno Christi Redemptoris nostri 1557. mense octobri.

Sath

tis humiliter & submissè ali-
quoties petiui ab aduersariis me-
is, ut à mentiendo, conuiciando,
maledicendo abstinerent, & cau-
ipsam rationibus & argumen-
gerent: admonui Christianæ
ritatis, mansuetudinis, & mode-
, quam Discipuli Christi etiam
inimicis suis, multoque magis erga
, à quibus nunquam læsi sunt,
præstare debent. Quid impetra-
rim æquissima petitione, quam bo-
is ac iustis rationibus de contro-
sia ipsa disceptare, quibus mo-
di argumenta nostrorum infringe-
re aggressi sint, res ipsa ostendit in
libro Ioannis Caluini, sub fucato ad-
monitionis titulo edito contra san-
ctas confessiones Ecclesiarum Sa-
xonicæ: longe uincit seipsum mali-
tia & dissoluta petulantia mentien-
di & maledicendi.
Si quid adhuc cõtinuerat uirulen-

 tiæ

tiæ in pectore, id totum in sacrosan-
ctam doctrinam de Cœna Domini,
in eius Ecclesias & in ministros fi-
deles effudit. Ex plurimis illius tur-
pissimis mendacijs, quibus singulas
ferè pagellas defœdauit, aliquot so-
lum nunc proferam insignia, crassa
& conspicua, quoad tantum tem-
poris concedent aliæ occupationes,
ut possim pleniore confutatione re-
pellere hominis falsas accusationes,
criminationes, maledicta, sophisma-
ta & calumnias.

Molesta quidem est, fateor, pijs
animis hæc concertatio, nec mihi sa-
ne iucunda. Sed quid faciam?
Quis paulò æquior iudex leges uel
tres pagellas maledici libri Caluini,
non assentietur mihi, ineuitabilem
imponi necessitatem respōdendi ad
tam fœda mendacia & atroces cri-
minationes, quibus multò magis ue-
ritas ipsa læditur, & intolerabili con

tume-

[illegible]elia afficitur, quàm ego aut quis-
quam in eadem causa mecum con-
iunctus. Persuasisse sibi Caluinum
non obscura indicia præbet ipse, se
mihi ualde ægrè facere, dum me tra-
ducit, undiq; conquisitis mendacijs,
& congestis conuitijs, ideoq; magis
indulget libidini insectandi, carpen-
di, & conuiciandi: atqui longè se fal-
li non dubitaret, si quod uerissimum
est, sibi persuaderet, me plus unius
uiri pij, quem pro despectissimo ha-
bet, testimonio subleuari et susten-
tari, quam uel minimum, non dico
cruciari, sed commoueri infinitis cō-
tumelijs et iniurijs illatis ab homi-
ne ita excæcato, ut non uideat se istis
morbis et uitijs extreme laborare,
de quibus alios falso infamat. Quis-
quis igitur perpendet, me improbi-
tate aduersariorum extrudi ad hæc
certamina molesta, non solum excu-
satum me habebit, sed etiam bene-

 uolen-

uolentia, uotisq; suis decertantem pro ueritate prosequetur, causam deniq; ipsam Deo defensori uindicandam aduersus maledicos conuiciatores precibus assiduis commendabit.

Primum mendacium Caluini est, quod scribit, confessiones ministrorum Ecclesiarum Saxoniæ, uel blanditijs uel importunitate à me extortas esse. Sicut ubiq; scelerate hoc agit, ut uenerabiles superintēdentes, pastores et Diaconos, annunciantes syncere Euangeliū Christi in Ecclesijs Saxonicis deformet, exosos & contemptibiles faciat, ac cōfessionibus ipsorum et testimonijs, adeoq; doctrinæ, quam profitentur adimat pondus, authoritatem & fidem: ita eodem spectat hoc mendaciū, ut eleuet, obscuret, abijciat exhibitas confessiones. Ideo fingit, eos non aliquo iudicio, nō studio pietatis adductos,

sed

sed uel blandiendo , uel importunè urgendo impulsos, se in eiusdem doctrinæ confessione mecũ coniunxisse. Si duos aut tres suggillaret, blandijs esse captos fortasse aliquè colorem ueri haberet figmentum , iam uerò quam speciem uel umbram saltem ueri obtinet, cum tot Ecclesiarũ Christi ministros uiros prudentes et graues aspergit ista labe , quod uel delectati blandimentis, uel importunitate uicti, nullum respectum timoris Dei habuerint, et assentatori sint gratificati. Quænam autem sunt illæ blãditiæ meæ ; quibus circumuenti sunt ? fortasse uisus sum illi blandiri , dum uiris dignis quouis honore, debitum honorẽ reuerenter detuli.

Nominet aliquos quibus fuerim importunus . Semel ad Superintendentes scripsi , semel petiui dari publicam Confessionem Doctrinæ, quam publice docerent : causas

eden-

edendæ confeſsionis expoſui.

Non ſecundo aut tertio ſcribendo importune inſtiti, non inuitis extorſi, nec animus erat à quoquam inuito uelle extorquere, imo ne petere quidem.

Nemo præbuit ſe difficilem, nemo recuſauit dare, omnes ultro exhibuerunt præter duos aut tres, qui cur denegauerint, ſubſcribere ueras cauſas, quibus propius ſunt noti, ſciunt: Me nec importune, nec moleſte ſolicitaſſe, ipſi ſubſcriptores ferrent teſtimonium, ſi requirerem. Sed nolo optimos Viros grauare præter neceſsitatem, præſertim cū priuatæ literæ & confeſsiones editæ, cum quibus illas una miſerunt, ueritatem rei abunde teſtificentur.

Eiuſdem generis eſt fabula, quòd à Vuittebergenſibus & Lipſenſibus tētatis, repulſam tulerim. Quomodo tentaui Eccleſias, ad quas nihil

scripsi? dicet, tentandi causa in
publicum dedisse testimonia D. Phi-
lippi collecta ex eius scriptis. Quis
hic locus tentationi, quæ causa? num
quid tentare est, allegare alicuius
publica & priuata scripta, proferre
contra litigatorem iudicata, affir-
mata, & defensa pro certis, quæ in
dubium uocantur? Quomodo igi-
tur repulsam tuli ab eis à quibus ni-
hil petiui? At literæ meæ clamant,
me tulisse repulsam. Aduersarius
quidem ita interpretatur, sed res
ipsa testatur aliud, & interpretatio
nihil firmi, nihil certi habet. Si Vuit-
tebergenses, citatis testimoniis ip-
sorum, tentati repulerunt tentan-
tem, quomodo tuli repulsam a Lip-
sensibus, quorum testimonia nulla
allegaui, & ad quos nihil scripsi? Si
uoluissem tentare Vuittebergen-
ses, non retinuissem apud me
scriptum, quod iam paratum desti-
naue-

statueram mittere, nisi me reuocas-
sent rationes melioris consilij. A
multis dignis fide audieram, D. Phi-
lippum complures sciscitantes, quid
sentiret de Cœna Domini, remisis-
se ad sua scripta ac dixisse, ibi exta-
re suam sententiam. De hoc re-
sponso, cum mihi in mentem ueni-
ret, præferebam priori posterius
consilium, cogitans mecum, non
aliunde melius, clarius ac certius
posse iudicari de eius sentẽtia, quam
ex proprijs scriptis, meq; frustra
petiturum aliam declarationem,
nec aliud accepturum responsum,
quam alijs dedisset.

Consulit mihi sapiens consiliarius
Caluinus, si uelim omni defungi mo-
lestia, ut unum uerbulum pro me ex
ore D. Philippi eliciam, ad quẽ ubi-
que mihi pateat accessus. Ego uerò
non solus audiui hoc anno ex ore e-
ius, sed etiã alij legati missi à pientissi-

mis

gubernatoribus aliquot ciuita-
Saxonicarum, dixisse, cum abi-
mane salutaremus D. præcep-
, se, et esse, et fore nobiscum
iunctum in sententijs, in labori-
et precibus. Quid si autē hæc
dixisset, & si ne uerbulum qui-
dem eliciatur ex eius ore, quid tum
postea? numquid scriptis non est ha
benda fides? numquid uerbum u-
num pluris erit quam multa scripta?
cum non pauci ore negarent, quod
manu et scriptis affirmauerint.
Certe honesti uiri non solum uer-
bis quæ loquuntur, sed etiā scriptis
his fidem haberi uolunt, nec in illis
solum, sed etiam in his sibi constare,
& fidem seruare solent.
Quæret hic rimulam ad elaben-
dum, dicet, fidem scriptis eatenus a-
stringi, si cū uerbis cōsentiant. Quid
si quis inuertat et dicat, fidē habendā
uerbis, si scriptis nō repugnēt? Dixi
pau-

paulò ante quæ audiuerimus uerbis nunc scripta adiungamus præter ea quæ iam publicata sunt.

Dedit nobis Melanthon responsum ad primum nostrum articulum, propositum de constituenda concordia, in quo errores Sacramentariorum reijciuntur.

Hunc articulum ille recepit, non ignarus pro errore haberi in Ecclesijs nostris dogma Sacramentariorum de cœna Domini.

Quam uerò belle se expedit Caluinus, quam facete et eleganter eludit ex libris Philippi citata testimonia. Non est, inquit, meum, ea refellere. Quid ita? certe tuum erat, tam multa, tam perspicua, et firma testimonia, sumpta ex publicis præsertim scriptis, refellere, cum fortiter tuæ prouocationi obsistant.

Nihil habes, nec aliquid probabile in speciem potes comminisci, quo refel-

[illegible]. Itaque uere dicis, non esse tu[illegible] um refellere: ne tamen uidearis [illegible]e conuictus tacere, addis ali[illegible]quot tua figmenta.

Nihil moraris quid senserit, quid[illegible] ne scripserit, ille inter primos con[illegible]flictus, causa nondum clarè & dilu[illegible]cidè explicata. Quid de primis con[illegible]flictibus et de obscuritate causæ non [illegible] explicatæ frustra nimis friuolè [illegible] prætendis? Contexui continu[illegible] seriem testimoniorum, indè à pri[illegible]mo tempore motæ cõtrouersiæ usque ad annum quinquagesimum sextũ; [illegible] solum opposui, quæ inter pri[illegible]mos conflictus à Philippo scripta et defensa sunt.

Multi excellentes uiri in causa Sa[illegible] commentaria explicanda tanto tem[illegible]pore, præclaram operam impende[illegible]runt, & tanti uiri circumfusi scilicet mentis densa caligine reliquerunt hanc causam, non satis dilucidè ex-

B plica-

plicatam, Bullingero & Caluino il-
lustrandam? Sed erat homo ni-
uerecundus ad negandum, habu-
suos instigatores, qui ut aliquid
torquerent. Nimis futilia & ua-
audes effutire?

Quænam ista est uerecundia, q-
isti instigatores & uiolenti extor-
res? In constantes confessores u-
tatis & martyres Christi, ista pe-
sa uerecundia nō cadit, ut affirm-
quód sit intrepide negandū: ni-
uis quidem tormentis sinunt sibi ali-
quid extorqueri contra ueræ fi-
confessionem, & propriæ consci-
tiæ testimonium. Ac quidem ip-
met longè aliud scribit, quam rh-
rica tua translatio prætexit, affi-
se non incogitanter accessisse ad-
sam, sed expendisse diligenter, q-
in utramque partem dici posset, n-
men in Cingliana sententia firmi al-
quid inuenisse, se inquisiuisse ueter-

Ec-

[illegible] se serpentem, mori se malle, quam [illegible] mare cum Cinglio, Christum non nisi in uno loco esse posse. Nusquam incusat instigatores, qui extorserint, ut defenderet per annos amplius quindecim, uerum esse, quod intelligeret aliter se habe[re] [illegible]

Nusquam conqueritur de metu, [illegible] aliquando etiam in constan[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], q[illegible] [illegible] à uiolẽtis hominibus. Quid [illegible] inter amicos, inter [illegible] tranquilla pace & summa concor[dia], metueret periculum, ubi ne[mo] erat, qui tonitrua moueret & [illegible] habebat Lutherus sua flabella, [illegible] fulmina & tonitrua concitas[s]et. Tantus scilicet Dei Prophe[ta] [illegible] flatibus uentorum tanquã [illegible] impulsus, non suo iudi[cio] & sancto zelo adductus Cin[glij] dogma oppugnauit etiam in

 ex-

extrema ætate, cum cygnea cantio dulcissimè resonaret ex ipsius ore & pectore? Eiusmodi fabellas quales spargit poeta Caluinus, si quisquam sparsisset, uiuente Luthero, & Theologis præclaris illi ob eximias uirtutes, accepissent premium talibus obtrectationibus dignum. Si qui sint adhuc superstites, quos accusat tanquam discordiarum authores qui frigidam suffuderint, proferantur nominatim, credo non defuturam illis iustam apologiam.

Dissimulanter autem & miro artificio insinuat, quod etiamsi Philippus aliquando dissenserit à Sacramentarijs, tamē discesserit à sua sententia, & aliam meliorem amplexus sit.

Non aperte quidem & ingenue hoc effert, attamen iudicat non dubijs uerbis, querelam inducens, duram legem præscribi, si non liceat to ta

...ta proficere, iniuriam fieri tam
...lesiæ quam Philippo, si quis di-
..., annos quadraginta nihil illi at-
...lisse.

Quis lycurgus, quis Minos, quis-
ue Solon præscribit, tam duram le-
...m, quæ in bono proficere prohi-
...at? Quis dicit, annos non mul-
...m ad profectum afferre? Neque
...o quis iniquam fert legem, qua
... liceat progredi in doctrina &
...tate, nec dicit, multorum anno-
...m tempus & experientiam non
... pleniorem cognitionem pluri-
...m conferre, cum dies prior sit dis-
...ulus posterioris, si requirat in co-
... ueritate constantiam, & ex-
...etur ad proficiendum ea ratio-
...e quis uerius deficiat quam pro-
...at, neue à recta sentẽtia ante pro-
...a deflectat, fecerit aliquis ni fal-
... bonam accessionem sapientiæ et
...atis, etiamsi non amplectatur

Sacramentariorum placita.

Non enim puto sui profectu-
tionem illis solis constare, qui cu
in scholam Caluini, eique subscribu
non existimo alios deficere, qui d
positum acceptum a Deo per fide
lem eius seruum D. Lutherum sol
citi sunt custodire.

Quamuis autem Caluinus nō o
scure insinuauerit, Philippum a
rasse priorem sententiam, id qu
omni ambiguitate remota signi
cat, cum ait D. Philippum non pri
mum mortuo Luthero deflexisse
Caluini partes, sed ante annos
decim adeò idem cum eo sensisse
in primo congressu ne syllaba q
fuerit mutanda, tamen, dolita
sui oblitus, delabitur ad insigne
mendacium; quod inde à principio
senserit cum Sacramentarijs.

Respondet enim Magdeburgen
sibus de collectis à Philippo senten

tijs

ceterum, nihil aliud ei fuisse pro-
situm, quam probare spiritualem
communicationem, de qua prorsus
sit consensio inter ipsum & Calvinistas
[illegible]sorios. Quid vero triginta an-
[illegible]ei attulerunt, quid profecit quan-
tum attinet ad hanc controversiam
[illegible] commentationum, si collectis te-
stimonijs patrum nihil aliud voluit
[illegible], quam Spiritualiter edi
corpus Christi? Atqui nulla nostris
[illegible] dissensio cum Cinglianis de spi-
rituali manducatione.

Neque enim Cinglius, Oecolam-
padius, & eorum discipuli negant
Christum spiritualiter adesse,
[illegible] S. coena per fidem, neque no-
[illegible] disceptabant, sed de ex-
[illegible], quam etiamnum Sacramen-
[illegible] defendunt; quod tantum spiri-
tualiter Christus adsit in Sacramen-
to Eucharistiae, non autem adsit cor-
pore & sanguine suo.

 Quid

Quid propositum fuerit Philippo, quid intenderit probare collectis sententijs patrum, dilucide apparet ex epistola scripta ad Myconium & ex ijs quæ sequuntur post recitatas sententias.

Satis dilucide statim proponens scopum sui consilij ait: mitto locos ueterum, qui testantur idē illos sensisse quod nos sentimus, corpus & sanguinem Domini uere adesse in Cœna Dominica.

Quid patres senserint & pro qua ipse tunc pugnauerit sententia, paulò post declarat, proposui, inquit, has sententias in iudicium candido lectori relinquerem, utrum de corporali præsentia an de sola efficacia sint intelligendæ.

Ne quis obijciat, Philippum in medio reliquisse, quid senserint ueteres, nihil pro certo affirmasse, libere addidit: Ego statuo eos sentētia asseuerare

re, quod corpus Domini adsit
Coena.
Repetit idem paulò post cum ma
i asseueratione his uerbis. Cum
scriptura non inueniam testimo-
um, quod corpus Christi neget
adesse in Coena, aut interpretetur
uerba coenæ aliter quam sonant, nō
habeo rationem satis firmam nouæ
sententiæ docendæ.
In Epistola ad Ioannem Oeco-
lampadium similiter astruit, se nul-
lam uidere rationem, quæ satisfaci-
at conscientiæ discedenti a proprie-
tate uerborum, Sacramentariorum
doctrinam, quæ contendit Christi
uerba tropice non proprie intelli-
genda esse, bis uocat nouum dog-
ma, tam perniciosum, quod maxima
rum rerum ruinam secum trahat, et
adducturum ruinam toti imperio.
Tantum periculum prædixit de
controuersia Coenæ Domini, non

 ex

ex nostra, sed ex Sacramentariorum parte. Ideò negat, tutum esse à communi sententia ueteris Ecclesiæ discedere.

De tropo in quo Sacramentarij omne præsidium, totamq; uictoriã ponunt, quem gloriatur mederi omnibus incommodis si correspondit[illegible]

Quibusdam ualde hebetes uidemur, quod in uerbis Euangelij, hoc est corpus meum; non uideamus Metaphoram nec intelligamus; nos ab infinitis quæstionibus liberari[illegible]mus Metaphoræ beneficio; uidetur insania esse sententiam longe absurdissimam mordicus tenere, si sola aliam commodissimam offerat Metaphora. Obsecro quæ sunt illæ infinitæ quæstiones, nisi quas mouent Caluini subscriptores & præsentiæ corporali opponunt? Quæ sententia uidetur esse longe absurdissima, nisi quæ defendit τὸ ῥητὸν & astruit

ueri

...t corporis in Eucharistia præsen-
... Nisi Caluinus uelit in clara
... circumq; aperiat oculos & ui-
...eat, Philippum ueterum sententias
collegisse, non pro Sacramentarijs,
sed pro ea doctrina, quam isti ex co-
gitatis multis absurditatibus defor-
mant & extreme execrantur.
Statuit ille ueteres patres asseue-
rare, quod corpus Domini præsens
sit in Cœna: Caluinus contendit,
figurate locutos esse, doctrinam
de præsentia corporali delyrium esse
... & detestabile commentum ex-
...mat. De loco Augustini ad Dar-
danum tumultuose insanas tragœ-
dias [illegible] & tantum non cœ-
lum terræ miscet: at quid ille se-
[illegible] quem non magis ab ipso
[illegible] à proprijs uisceribus in hac
[illegible] diuelli posse, inflatis buccis
gloriatur, & omnibus uult esse
[illegible]issimum: negat quenquam
per-

persuasurum Augustinum in illo loco sic alligare corpus Christi ad unum locum; ut nusquam alibi esse posse confirmet, praesertim cum nusquam scriptura dicat, ita in uno loco esse, ut alibi esse non possit.

Sed quid his immoror, cum ueritas non pendeat ab hominum suffragijs, & Caluinus in hoc non constituat uictoriam, quod Philippum astipulatorem habeat.

Objicit enim mihi crassam barbariem eo nomine quod scripsi, summam uictoriae Caluinum in eo ponere, si Philippus declararet se cum illo sentire. Si in eius consensione non ponit uictoriam, cur prouocauit, & nunc iterum non semel ad eum prouocat? nonne propter uictoriam in causa dubia fieri solet prouocatio ad arbitros & iudices? Cur promisit, se uelle desistere, si ille declararet uno uerbo se ab ipso stare?

la Sacramentaria dissentire, si in ea declaratione non totam uictoriam collocaret? certe qui promittit se uelle cedere aduersario eiq; uictoriam deferet, si iudex ad quem prouocat, contra ipsum pronunciet, is in eius sententia totam uictoriam reponit.

Scripsi in praefatiuncula praemissa testimonijs desumptis ex scriptis Philippi, quod Caluinus in uno scripto bis ad eum prouocauerit, ille de altera prouocatione uerba sua recitat, in qua insultans mihi triumpho inquit uerba s ad eum si intrepide prouoco quid superest, nisi ut taceat Vuestphali garrulitas? nonne hic praeclaram uictoriam sibi pollicetur: de uicto & prostrato Vuestphalo, si feratur pro ipso contra eum sententia ab authore confessionis Augustanae? De altera tacet, in qua promittit, se protinus desistere uelle, si

[s]acri bulo declararet Philippus, Gal
linum fab eius mente deflectere.
Mendax igitur deprehenditur, dum
me falso mendacij insimulat.

Omitto autem haec leuiora, prae
ut multo alia foediora mendacia in
me eiaculatur, instigante insigni
malitia & libidine insatiabili male
dicendi, duum insigne mendacium
bis ingeminat.

Impudenter criminatur, me non
puduisse inserere confessionibus no
stris ... Heluetici cuiusdam hominis
epistolam, quasi non satis sit conta
minasse chartas, oculos, aures, & animos
polluisse hoc foetido mendacio, idem
iterum inculcat prolixius, quod
mors alijs duobus mendacijs suffulta
est, alterum est, me diffisum esse
copijs meis, alterum non me
habuisse subsidium, ideoque coactum
inserere cuiusdam Heluetici Epi
stolam.

Atten-

Attendat lector quàm graues &
[illegible] causas habuerit spargendi hu-
iusmodi probrosas criminationes,
& pro certissima ueritate affirman-
di, quod author epistolæ sit unus de
perdita secta Serueti: causæ nimi-
rum fuerunt, ut ipse fatetur, conie-
cturæ & diuinationes.

Acutos quosdam homines diui-
nare prædicat, epistolam profectam
esse à quodam leguleio Pedemonta-
no, qui se palàm multis in locis im-
pijs & execrandis Serueti dogmati-
bus patronum esse professus sit.

Vnde isti magi homines diuina-
tiones suas hauserunt, num è coelo &
[illegible] è speculationibus diuinis? Au-
di quæso: ad diuinandum sacra pe-
tiora permouit inscriptio Epistolæ
missæ ex Babilone, & articulus Ita-
licus: la: qui, quo casu irrepserit in
nonnullis exemplaribus haud scio.
Meum

Meum exemplar & multa ali[a]
uidi, habent ex illa Babilone, et ima[...]
rat à me scriptum, nihil minus cogi-
tauere, quam de adijciendo articulo
Italico.

Quia igitur inscriptio Epistolæ
faciebat mentionē illius Babilonis,
de qua est in Apocalypsi cap: 18. di-
uini homines arripuerunt inde occa-
sionem coniectandi, scriptam esse à
quodam pedemontano.

Cur non diuinarunt sacri isti ua-
tes, quod missa esset è Roma, uel a-
liunde, quandoquidem Ioannes in
Apocalypsi Romam & totum reg-
nū Antichristi designat nomine Ba-
bylonis? haud scio an scriptor Epi-
stolæ unquam fuerit in pessulano
monte, hoc certum est, quod per
multos annos in quadam celebri ci-
uitate longissime dissita à pedemon-
te inter honestos homines habitaue-
rit, cū quidem ut Caluinus narrat,
ille

Pedemontanus, de quo diuina-
uere suspicati fuerunt multis in lo-
professus sit, se patrocinari Serue
to. Nomen authoris subiicuisse me
propter uitandum periculum, facile
erit cogitare, bono studio rem oc-
cultam inquirenti.

Cum igitur pio consilio nomen
non esset expressum, quæ fuit teme-
ritas, curiose occulta inuestigare, si-
nistris suspitionibus indulgere, quæ
furiosa erat libido, arripere materi-
am hominem ignotum criminandi
de execrandis erroribus Serueti,
meque aspergere illa labe quasi inter
familiares & patronos meos habe-
rem contaminatos Seruetica hære-
si, qua turpi macula nihil erubuit
Caluinus, synceros ministros Eccle-
siæ Magdeburgensis traducere, fal-
sissime eos insimulans, quod senti-
ant, patres nihil nisi uacuas umbras
et nullam societatem rerum spiri-

tualium cum Ecclesia noui Testa-
menti habuisse? Nō aliter mihi scri-
ptor epistolæ innotuerat, bonorum
commendatione et ex literis aliquot
pientissime ad me scriptis, quā quod
abhorreret tum ab Antichristi im-
pietate, tum ab alijs quibuscunque
damnatis hæresibus & sectis.

Si uel minima suspitio uel fama
fuisset, Seruetici siue cuiuscūque phi-
natici ueneno infectum esse, nullus
locus amicitiæ illi patuisset, neque ad-
iunxissem eius epistolam confessio-
nibus Ecclesiarum, quæ Serueticos
furores detestantur. Dubitauit Cal-
uinus de coniectura & diuinatione
suorum uatum an uera esset, & ta-
men magno suo cum dedecore pro-
ijcit stercus Diaboli in Ecclesiarum
nostrarum confessiones & specta-
tæ integritatis presbyteros, demen-
tatus diabolica superbia, et scripta et
personas contumeliosè conspurcat
sordi-

...da appellatione, comparans col... ...as confessiones earumque subscri... ...ores, stercoribus undique congestis ...quibus uallum extruitur.

Insultans amarulento Sarcasmo ...t uenerandis inspectoribus Eccle... ...rum, fruantur sanè, inquit, Vuest... ...ali subscriptores hoc socio, ac gna... ...er impudens cōuiciatur, eos pro... ...uendo pudorem suum hanc igno... ...iniam subire non recusasse, diuinæ ...tam ultioni homo religiosus ascri... ...t, quod ferant mercedem meritam ...e cæcitatis. Conuiciatur dein... ..., quod sint faciles & arrogantes ...censuris & sententijs ferendis. In... ...it sermones sui cuiusdam delato... ...quos comprobans ait, se animad... ...erte uerissimum esse, quod iste ...ndus obtrectator scripsit, quos... ...homines in maritimis urbibus mi... ...biliter sapere ut Sybilla Cumana, ...niat hodie ad eos mittēda sit, quæ ...ab eis uaticinari.

 Cen

Censuras suas & sententias e
uerbo Dei scripserunt aduersus per-
uersa ac perniciosa quædam dogma-
ta, idq; fecerunt ex officio, pio stu-
dio, pro mensura sui doni, ad utilita-
tem Ecclesiæ, exigente magistratu
& petentibus Oeconomis Ecclesiæ
Dei.

Quid hic malefecerũt, quid sump-
serunt sibi præter officij sui ius aut po-
testatem, uel contra charitatis le-
ges, quid commeruerunt ut prop-
terea Caluinus quemquam repre-
hendat? quid imperiose postulet?
an ut sint mercenarij, qui fugiant ue-
niente lupo, an ut mutos agant ca-
nes qui pro salute gregis non latrent
aduersus fures & latrones? Cæte-
rum non dissimulat, quid malorum
habeat, illud nimirum, quod uere
meritoq; suo honorabiles Patres
pronunciauerunt in causa Sacramẽ-
taria: hinc illæ lachrymæ, hinc illi
dolor,

dolor, filijs illa criminatio, quod eos
in pronunciando similes facit Ro-
mano pontifici uibranti in Ecclesi-
as fulmina sua. Ex impatiētia la-
tius excurrens conqueritur, se egre-
gium amicū barbaris conuicijs pro-
scindi, suos censores nullis probris
uel contumelijs parcere.
Sceleratis sua mendacia cumulat
postea, conuiciando, quod omnem
humanitatem exuerint. Irridens
sardonio risu, ueniam sibi dari pe-
tit, si homines esse putauerit, qui sua
uiolentia spirent meram feritatem.
Pro synceris Dei cultoribus &
probis Christi ministris habet in Ec-
clesijs Saxoniae & inferiori Germa-
nia, suae sectae fautores & patro-
nos, quibus se dedicasse scribit chartas
suas, spurcitias indignis modis collu-
uie dictorum librorum & calumniarum,
non illis quibus superbia loco pie-
tatis sit, quos feritas omni humani-

 tate

tate spoliet, & quibus obstinati[illegible] nihil moderationis reliquum faci at.

Tales iudicat esse humanissimus et moderatissimus Caluinus (ut ex admonitione apparet) qui contrà dicunt eius Enthusiasmo & improbāt Cingliani spiritus deceptiones. Ita circumscribit probitatis & synceri cultus Dei limites, Cinglianis[illegible] mi professione: Permittit sibi licere [illegible]tiam falsa criminatione infamādi an[illegible]tistites & Pastores multarum Ecclesiarum, concèdat mihi uicissim bona cum uenia, citra reprehensionem assentationis aspersas labes abstergere, me[que] coram Deo & angelis eius uere affirmare, quod [illegible] Ecclesiæ Christi sancte attestan[illegible] nō esse quemquam ex omnibus, [illegible] confessiones de Cœna Domini scrip[illegible] ferunt, qui non per aliquot annos, nonnulli plures quam triginta cum laude

... fideliter Ecclesijs præfuerint ... honor ob eximias uirtutes suas per... ... fint, magnoq in precio & ho... ... apud homines bonos. Diaconi & cooperarij plerique non perinde ... docti sunt, non ita doctrina & ... cognita: dona habent inæqua... prout Deus cuique suam mensu... distribuit, hoc tamen scio, si ... quisquam ex illis talis esset, quales esse aduersarius criminatur, nec po... ... nec Ecclesiasticos præsides in sacrosancto ministerio unum diem eos toleraturos esse.

Qui uiris illis reuerendis non par... nec defert tam multis Ecclesijs ... reuerentiam, in quibus eo... integritas perspecta est, quid ... quod in me præcipue im... facto debacchatur uirulentis ... mendacijs adeo manifestis, ... ne umbram quidem aliquam ... habeant? Quale est illud, quod

quod conuicietur, me prodigiose esse cæcum, colorem inducere doctrinæ meæ ex suffragijs, quæ tenebras soli potius obducerent, pro cœlesti oraculo habere decretum concilij Romani habiti, sub Nicolao secundo.

Ego uerò nulla inde petiui suffragia, solummodo illius concilij feci mentionem; & præuidi futurum, si allegarem, Cinglianum errorem ibi damnatum esse, ne mox id raperetur in calumniam, proinde non simpliciter sed cum conditione eius à me mentio facta est quasi præteritione seu reiectione quadam.

Sic enim ad uerbum habet locus quem Caluinus deprauat. Quod si has sanctas Synodos contemnunt præfractè, qui non contemnant magno supercilio, & non recusent stare definita sententia, si aliquod concilium generale uel nationale conueniat

uepiat & contra Cinglianos pro-
nunciet? Quid ni repudient, & sanan-
nis amaris excipiant, si à nobis alle-
getur concilium celebratū sub Ni-
colao secundo, in quo Berengarius
& mali corui prognati ex malo ouo
damnati sunt.

Quod dixi conditionaliter, si à
nobis allegetur concilium, candi-
dus iste interpres accipit definite,
asserit me uoluisse illius concilij au-
thoritate Sacramentariorum doctri-
nam esse damnatam.

Simili candore, eodemq; planè
artificio astutus quidā turbator tran-
quillæ Ecclesiæ in epistola quadam
infamat Augustanam confessionē,
quod astruat transsubstātiationem,
eo quod germanicum exemplar in
articulo decimo dicit, Sub speciebus
panis & uini adesse Christi corpus
& sanguinem, & quod Papistæ sic
solent loqui, & species uocare acci-

dentia sine subiecto. Egregie int-
rim ignorat, aut sciens nescit, speti-
em in latina lingua significare etiam
formam substantialem, nec uerba
siue formulas loquendi usitatas Pa-
pistis astruere errores Papisticos,
si alio saniore sensu accipiantur, quã
apud ipsos sunt in usu. Apologia
in declaratione articuli decimi citat
græcum Canonem missæ, propte-
rea illa quoq; ab isto ueteratore tan-
quam Papistica reijcitur.

Quod si horrenda est cæcitas:
mentionem aliquam facere concili-
orum Pontificum Romanorum,
quæ errores aliquos uel induxerunt
uel stabiliuerunt, indeq; allegare
quæ cum sacra scriptura consenti-
unt, uel ex aliquo scriptore sumere
suffragia siue testimonia inde addu-
cere, qui in alijs errauerit, in alijs
reliquerit ueras sententias, si hoc
est

haram porcorum pro schola de-
ligere, quis non abhorrebit à Calui-
ni cæcitate, qui bis in uno libro ci-
tat Longobardum, quomodo à se
depellet sordidum conuicium, quod
non porcorum haram pro schola si-
bi delegerit? Quid fiet de quodam
alio qui optauit etiam Sorbonæ Pa-
risiensis iudicium flagitari de contro
uersia Cœnæ Domini:

Num prodigiose cæci sunt, qui
sæpius ex Platone, Aristotele, De-
mosthene, cæterisque Ethnicis scrip-
toribus, quam ex sacris literis sen-
tentias inserunt suis scriptis? A-
postolus Paulus usus est testimonio
Epimenidis Cretensis, citauit uer-
sus ex Menandro & Arato, num-
quid ideo accusari debet prodigio-
sæ cæcitatis? Si ueritas uim sui
am retinet apud quoscunque inue-
niatur, neque ea cum mendacib
est

est abijciēd: ne mihi Caluinus post hac intentet calumniam prodigiosæ cæcitatis, etiamsi ex concilijs pontificijs aut aliunde attulero testimonia uera contra assertiones falsas.

Desinat etiā obijcere summa uanitate & iactantia, mendicari ex libris Sacramentariorum, quas adduco rationes de coercendis hæreticis. Nullas enim adduxi sumptas ex libris Caluini uel ullius Sacramentarij.

Nunquam legi librum scriptum à Caluino, quo doceat in hæreticos supplicio capitali animaduertere. Venit in meas manus liber impressus londini in Anglia, in quo fefellit eius spiritus istius factionis disputat, ne quidem licere Christiano magistratui capitis pœnam sumere de facinorosis.

Nondum audieram aliquid de libro Caluini tractante argumentum

in

in contrariam partem, cum collectis testimonijs Augustini dedicatoriam Epistolam præmitterem ad D. Bordingum.

Quod insisto ijsdem rationibus, quibus Caluinus usus sit, non ideo ex libris eius mendicaui. Eadem enim dicere quæ alij, similes aliquando sententias adducere, non est aliunde mendicare.

Quis non erit Caluino mendicus si similes sententias usurpare, uel aliunde aliquid mutuare, mendicitas sit? Exprobret tum mendicitatem Ciceroni, Virgilio, Demosthēi, Terentio, qui ex græcis autoribus multa mutuati sunt.

Ne Caluinus quidem à mendicitatis probro sese defendet, credo enim non inficiari, quantumuis multum sibi arroget, se multa in scribendo cum alijs communia habere: & non pauca ab alijs sumere, tametsi in

In elocutione nouam formam uesti-
tus sententijs usitatis circumdet. Ex-
xiij. Caluini liber eodem anno, cum
mense septembri scriberem Episto-
lam præmissam testimonijs Augu-
stini: quo tempore ne quidem au-
dieram aliquid de edito libro: quo-
modo potui inde probationes sume-
re & pro meis usurpare? Pater i-
gitur mendacij, hominem ad men-
tiendum instigauit, quod ex libro
neque uiso neque lecto aliquid mutua-
tus sim.

Haud alio patre instigante con-
gessit aceruatim in me hæc menda-
cia, quòd detrectem colloquium,
omnes aditus præcludam legitimo
iudicio, meum consilium sit, minas
& arma arripere styli loco, gladium
magistratus opponere pro dispu-
tatione.

Hæc quid ueri habent, quisquis ha-
bet aures ita expositas delatoribus,

quis

quis est tam uanus , ut his ullam fidem adhibeat ? si aliquanto parcius & moderatius mentirentur, citius inuenirent fidem apud facile credulos. Scit Caluinus, non esse penes paucos indici colloquium , hos uel illos uocari, scit, non Sacramentarios , non me uocatum ad Colloquendum de controuersia Cœnæ Domini.

Quid ergo fucum addit causæ malæ, bonam cur suspectam facit, obtrectando quod fugiamus colloquia nec sustineamus causam legitime cognosci?

Quod adhibitus in consilium de instituendis priuatis colloquijs, dixi meam sententiam, dogmata confessa, iudicata & certa ex uerbo Dei non reuocanda in disputationem, nec cum obstinatis frustra aut etiam cum scandalo populi decertandum : hoc si Caluino est detre-

ctare

ctare colloquiū lucem fugere, om
nes uias præcludere legitimo iudi
cio, nimis duriter incusat præstantis
simos uiros, qui aliquando recusa
uerunt pontificum concilio submit
tere religionis causam, & non leues
causas recusationis suæ reddide
runt.

Inclementer pronunciat de ma
gnis quibusdam suis patronis, qui pro
positis rationibus dissuaserunt, ne
Theologi præcipui ex plurimis Ec
clesijs conuenirent ad agendum de
religionis dissidijs componendis. Ip
si suo quodam prauo studio conge
reret, undiq; mendacia ad præ
grauandum me, uidisset in meis li
bellis, quod non refugerim legitima
iudicia & colloquia, sed ad ea me ob
tulerim.

Confessio mea oblata hoc anno,
collocutoribus ex nostra parte con
gregatis Vuormatiæ testatur, nihil
ueri

... in accusatione de aditu præ... legitimæ cognitioni & de re... ...o colloquio.

...conuenire inter nos fatetur, ius ... magistratum seuerius coercere ...arios & hæreticos, ne contagio ...pat, sed attexit telam calumniæ ..., inuerecunde mentiens hoc in... ...esse inter ipsum & me, quod ipse ... prius probe discuti causam de ...agitur, priusquam magistratus ...ere aliquid statuat in reos, mihi ...m satis esse magistratus gladi... ... pro disputatione opponere & ...borem esse, ut accusati indicta ... opprimantur.

...oc mendacium diluit illa ipsa ...ola, unde texit longam telam ... calumniarum. Laudo ibi ...stini consilii quod dedit præ... ... de moderate coercendis hæ... ... paulo post laudatur à me ius ...deratio pientissimi magistra...

D tus

tus nostræ ciuitatis, quàm ad
in arcendis sectarum magistr
quos ita demum suo edicto exc
dit ciuium consortio, si nolint
ceri & desistere ab errore. Ha
tam clara uerba præterit, tanqu
talpa cæcis oculis, interim dec
mitat de suo libro quatenus pr
bauerit seueritatem magistratu
fingitq; se mirari ualde, me stat
in ipso exordio mei libelli discrep
re à uerbis & sensu Augustini, qu
non terreri solum, sed etiam docer
uult hæreticos.

Quid uero diuersum ab hac ei
us sententia scripsi? si non pro bar
baris despiceret & magistratus ci
tatum & Theologos nostrarum ec
clesiarum, non ueniret illi in men
tem, tale aliquid suspicari, multoq;
minus ubiq; diuulgaret, utroq;
contra legem diuinam etiam ob
seruatam ab Ethnicis, indicta caus

he seductoribus & seductis damna-
tionis pœnas exigere. Obtendet
Caluinus, quod scripserim Sacra-
mentarios non stylo sed gladio re-
futandos esse, ita enim peruertit
verba mea pro artificio consueto
ipsi ubique in maledicis scriptis, ut
aut addat aliquid, aut detrahat de
meis uerbis, aut detorqueat in di-
uersum sensum, quàm à me posita
sunt, dixi sceptro magistratus po-
tius quam stylo refutandas blasphe-
mias quales effudit Polonus in li-
bello de Sacramentis, qualis est illa
quoque Caluini, plus decies in uno li-
bro repetita, quod uertatur corpus
Christi in S. cœna.

Quid aliud ipsemet defendit in suo
libro, quam iuste refutari blasphemias
a Magistratu? Negabit, ut solet,
esse blasphemias, dicet, esse benedi-
ctiones, quas nos pro blasphemiis in-
terpretemur. At quid aliud hæretici

 omnes

omnes prætenderint? Quis
phanatici prædicant de suis co
melijs & maledictis quæ effunde
aduersus Deum? Quis unqua
hæreticus uictus cessit, & uicta
se esse, iusteq; damnatum prop
blasphemias confessus est?

Porrò de simili nota est calu
nia, quod dissentientes à nobis in
ctrina de Eucharistia spoliemus p
mum omnibus donis spiritus, d
de libertatem à Paulo datam pr
phetis, ad Saxonicos Doctores
stringamus. Vide nouam Dial
cam in deducendis consequent
fratris. Sumimus nobis nostro
libertatem iudicandi de Euange
lio: non recipimus [illegible]
pos, reijcimus [illegible]
hanc controuersiam [illegible]
pus & sanguinem Christi [illegible]
mus ergo [illegible]
talia dona spiritus, alligamus [illegible]

Ecclesiæ ad certas personas.
oscimus sane sua dona habere
mentarios, utinam uterentur
od ædificandas nõ ad subuerten-
Ecclesias. Ad locum Apostoli
iubet, ut duo aut tres Prophetæ
quantur, & cæteri diiudicent, re-
ndi: nos paratos esse audire Pro
tas missos à Deo, recipere uelle
tationem datam à spiritu Dei.
d habet hæc mea responsio dis-
m à doctrina scripturæ sacræ?
do hic eripitur sua libertas iudi
de Prophetijs. Dic Ecclesias
ntiæ audire suos prophetas, nõ
e alienos, qui sua somnia ob-
nt pro prophetia & interpre-
ne spiritus Christi. Hinc non
quis infert, spiritus sancti gra-
natos in alijs Ecclesijs, om-
donis spoliari, atq; ea astringi
esbyteros, qui docent in Eccle
onicis. Seipsum autem ob-

 noxium

noxii facit Caluinus culpæ, qui
nobis præter meritum impingit, si-
bi arrogat superbe dona spiritus,
nobis spoliatis ne unicam quidem
relinquit, de dono interpretandi
scripturam: ita præcise metitur
quid quisque habeat de donis spiri-
tualibus, quid non habeat, ut Iu-
dicium dictabat, si quis non in om-
nibus Sacramentarijs assurgit ali-
quam Prophetis Dei.

Nusquam nominauimus nos in-
Prophetas dono, quanquam quis-
que modeste sua dona agnoscere
debeat, ne ingratus Deo sit, neu
datam gratiam negligat: satis no-
bis est Discipulum esse Propheta-
rum, dico D. Lutheri & collega-
riorum eius qui restiterunt Pseu-
doprophetis. De illis scripsi, ele-
ctos dono Prophetiæ & agnitos
tos in Ecclesia per annos amplius vi-
ginti sex defendisse fidem Prophetis
sui

[illegible]ologâgam: uerbis Christi et C[illegible]n
[illegible]glianam doctrinã reiecisse. Impro
[illegible]igitur calumniæ figmentum est,
[illegible]beram potestatem datam toti Ec
[illegible]clesiæ astringi ad paucos.
Ex calumniis officina uenit quoq;
[illegible]endacium, quod à me despiciatur
manducatio spiritualis, hoc tam uer
[illegible]plicitur, quam si me peculiarem, fi
dei in Christum doctrinã à me con
[illegible]temni. Nusquam damno pro hære
[illegible] quis urgens spiritualem mandu
[illegible]m, sed si insistat in errore au
[illegible] Christi corpus & sanguinẽ
[illegible] dominica. Nulla nostris
[illegible] fuit, nec mihi est contro
[illegible]de spirituali esu & potu, sed
[illegible] [illegible]tur, ne remo
[illegible] præsentia & sumptio car
[illegible] Christi, de hoc dimicatum est, et
[illegible] dimicamus. Coniungimus
[illegible] spirituali manducationẽ ueri
[illegible]poris præsentis, nõ admittimus,

hanc per illam auferri. Praecl
uiam calumniatoribus, primum m
um scriptum de controuersia coe
nae Domini, ne obijcerent spiritua
lem manducationem & fruitionem
despici uel paruipendi. Addidi eti
libello sanguinis admonitionem de
spirituali esu & potu; dixi ex te
clesiae esse, saepius tam doceri & pi
os commonefieri de spirituali per
ceptione meritorum Christi, ut
tet collocari operam in huius argu
menti concionibus, si non eo ten
dant, ut praesentiam preciosi corpo
ris & sanguinis Domini tollant ex
Sacramento Eucharistiae; facile
refutant calumniam
quod despectui nobis sit spiritualis
manducatio quae fit fide. Quam fal
sa sit ostendit praeterea libellus con
fessionis fidei de coena Domini, ob
seruationes meae ex Cyrillo, & testi
monia annotata ex Augustino.

Nullus

ullum inde uerbū addi uel potuisse
contempto spiritualis manduca
alis: multa uero inde proferri pos
sunt quae testantur, me constanter
debeo, de ea sentire & loqui.
Caetera autem mendacia omnia
uperat falsissima accusatio, qua me
Iuliano Apostatae immani & subdo
persecutori Christianae religionis
similē facit, absque ullo meo in hoc cri
minando, quod tanquam Iulianus
nomen Christianum perse
quar. Quis non obstupescat de ma
dementia & crudelitate Caluini, in
furiae hominem praecipitant,
non cogitet, nomine nisi captū
mente tam prodigiose calumniari
habēturum, si uel aliquam
mei noticiam, uel mea scripta
inspexerit, uel aliquantulum
reputet, quo ministerio
quos fungar, & maleuolis de
non praebeat aures, neque
ullum

ullum det locum, nisi prius audiuerit meam defensionem aduersus insanas accusationes ex Satanica officina contra me confictas, non alia de causa, nisi quia grassanti Cinglianismo contradixi, unde profluunt etiam caeterae insectationes, calumniae, obtrectationes & mendacia, quibus singulae ferè pagellae secundi & postremi scripti Caluiniani scatent, ad quae diluenda una cum corruptelis doctrinae & sophismatibus parabo, Deo adiuuante, et dabo, quam primum per alios labores licebit, necessariam & iustam apologiam.

Obtestor autem per Christum Iesum iudicem uiuorum & mortuorum, ante cuius tribunal omnes sistemur, ne quis temerè iudicet, quid pronunciet de causa, quae non est mea, sed Dei, & totius Ecclesiae, nō noua, nec nuper à me aut ab aliquo altero mota, sed per multos an-

nos

s in clara luce a clarissimis uiris,
ima fide, sancto zelo, firmissi
is rationibus, ex sacra scriptura
efensa, quam tanto tempore to
Ecclesiæ amplexa & probat, retinent
ac religiose bona conscientia cōstan
ter tuentur, nec putet aduersarios,
me unum cum paucis, aut meum
aliquod dogma oppugnare. Oro
denique ne quis calumniatoribus me
is audacissimis & impudentissi
mis, sæpius deprehensis in mani
festis mendacijs credat, neue aliud
sinat sibi persuaderi, quam quod ex
animo detestor quoscunque errores,
hæreses & sectas damnatas uerbo
Dei, et integram reuerenter ample
ctor doctrinam Propheticam et a
postolicā traditā in sacris literis, re
petitā in symbolo Apostolico, Nice
no, Athanasij, & in Augustana con
fessione, ac ueræ Ecclesiæ Catholi
cæ alumnus & ciuis permansurus
sum.

sum, Domino & redemptore Chri-
sto Iesu gratia me sua confortan-
per spiritum suum sanctum et o-
pus suum perficiente ad æter-
nam nominis sui glori-
am, Amen.